

Johann Kleinschmidt

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid,  
I.U.D. & P. Ad Exequias Quas ... Virgini Elisabethae Gladowen/ Frater  
moestissimus paratas cupid. Omnes omnium ordinum cives Academicos  
officiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77745016X>

Druck    Freier  Zugang



Kleinschmid, J.,

in E. Gladow.

R. 1638.

10.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77745016X/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77745016X/phys_0003)





# PROGRAMMA

*Quo*  
Rector Universitatis Rosto-  
chienensis

JOHANNES KLEIN-  
SCHMID, J. U. D. & P.

*AD EXEQUIAS*

*QUAS  
Piissima & honestissima VIRGINI*

ELISABETHÆ  
*Gladowen/*

Frater mœstissimus paratas cupit.

*Omnes animarum ordinum cives Academicos officiose  
in vitat.*



*ROSTOCHII,*

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typograph.

*ANNO M DC XXXVIII.*

PROGKAMMA  
Lectorum Universitatis Rostocensis  
JOHANNES KLEIN  
SCHMIDTUS  
AD EXEMPLARIA  
OVS  
Burgundia Virginiensis  
EISABETHAE  
GIBSONI  
Hercules Moseleyanus bastardus cupic  
Cunneus natus a hinc natus datus  
  
BIBLIOTHECA  
PROGKAMMA  
S. J. H. A. C. T. V. A.

**S**i vita coelebs, & quam virgines  
eligunt, extra mortis periculum  
esset posita, haec pie defuncta.  
Virgo ELISABETHA Gladowsen/  
in illud minimè venisset. Coluit  
enim ista hanc vitam à primo  
ortu & ad hoc tempus, si quæquam alia, pie, ca-  
stè, sincere, constanter, sine omni voluptatis ac  
deliciarum, quæ nos hoc in mundo corrum-  
punt affectatione. Hanc eus vitam & mortem  
paucis explicatam proponemus. Ergo nata est  
haec Virgo in hac urbe ex parentibus; & majori-  
bus primarijs, Anno 1601 die 22. Nov. Pater ei-  
fuit Vir Magnificus Ampliss. & Prudentiss. Dn.  
VINCENTIUS Gladows/p.m. consul hujus Reipubl.  
benemeritus. Mater MARGARETA Küster/foemi-  
na pietati & probitati deditissima. Avus paternus  
Vir Ampliss. Consultiss. & prudentissimus Dn.  
HENRICUS GLADOVIVS J. U. D. & Senator hujus  
Reip. gravissimus. Avia paterna ELISABETHA von  
Hervorden/matrona pia & honesta. Avus mater-  
nus ei fuit ANDREAS Küster/civis & cerevisarius  
ex primarijs. Avia materna MARGARETA Dassö-  
wen/ad exemplum cæterarum pietatis & virtutis  
studio dedita. Ex his parentibus nata, honestis  
quidem & piis, sed qui tamen originis labem in  
filiam transmiserant, necesse habebat renasci per  
lavaş.

Iavacrum regenerationis in Spir. S. & in librum  
vitæ Spiritualem referri. Id ergo simulac per-  
actum, & progressu temporis ad vim pietatis in-  
sistam doctrinæ initia accesserunt, mature studiū  
pietatis & virginitatis amorem atq; cultum per-  
sequi cepit. Licet enim ad curas eam domesticas  
mater duceret, neq; raro cætibus interesse per-  
mitteret, quibus indicia futuræ frugis, peritiori-  
bus in oculos facile incurruunt: hæc cæteris, qui-  
bus cum erat una, ad preces, ad actiones castas,  
ad studia modestiæ, sine ullo deliciarum levita-  
tis, lasciviæ, studium præ se ferente indicio, vir-  
tutis exemplo prælucebat. Jam tempus appete-  
bat, quod puellas viris maturas & nubiles facit,  
jam de matrimonio cogitandum erat, jam spon-  
sus eligendus, gaudia matrimonialia jam spe  
præcipienda erant, quod solent, quæ huic mun-  
do adornantur. Quid hæc nostra verò? Posset  
videri illius Virginis imitatrix quæ apud Poetā,  
*Non quid Hymen, quid Amor, qui d'sint connubia.*  
*Sæpe cui genitor, generum mibi filia debes, (curat,*  
*Sæpe cui dixit, debes mihi nata nepotes.*  
Sed inuria fortè fiat virginī si non à sublimiori  
magistro credatur hunc virginitatis amorem,  
hauisse. Assidua sacrorum librorum lectio ver-  
bi divini meditatio, præmiorū, h[ab]itū studio & in  
hac, & in futura vita præpositorū spes, virginē stu-  
dio

736

dio pietatis & castitatis dedita invitarunt & confirmarunt, ut quem semel amorem in animum admississet, eum nulla inde voluptas, nullæ deliciae, aut mundi festivitates delere possent. Ergo propositi sui tanto tenacior ut esset, locum in virginum cœnobio sibi elegit, qui hoc studium quam minimè impediret, juvaret vero plurimum. In Papatu, ut non est dubium, quin plurimæ sint, huic sanctimoniaz ex animo serio deditæ: ita ne de illo quidem dubitandum est, esse multo plures etiam, quæ sub isto devotæ castitatis velo suæ lasciviæ velificantur, & cum Spiritum simulent, carni indulgeant. Hæc nostra vero, uti semper mundanas illecebras vitavit, ita vitam assecuta est, qualem ista studia pariunt. Primo,

*trahit sua quemq; voluptas*

*Florentem cithysum sequitur lasciva capella.*  
Nostra virgo Christum sequebatur, ut Ecclesiæ totius, ita earum peculiarem sponsum, quæ se virginitas totas dedicarunt studio. Fingunt sibi & promittunt cæteræ gaudia exfortunato conjugio speranda, divitias, liberos, delicias, omnina fausta, & felicia, & sane haud raro imperabant: Virgo, qualis hæc nostra erat, metuit ne splendor ab auro habeat aliquid ταῦχαλην, ne gaudia promissa & sperata sint magni separæ doloris principium, ne liberorum nec rectè, nec fa-

cilè succedat educatio & curatio, ne in amarorę aliquem desinant semper suspecta & deliciæ, & certe ne id quidem raro evenire solet cum fortuna vel corpori alicui morbum, vel familiæ labem, & comica ista incommoda, ut insignitos pueros, aut varum, aut valgum aut compernem, aut petum, aut broncum producat, naufragiū & ruinam opibus & calamitates etiam tragicas generi conciliciet: Alia sibi gaudia promittit, quæ mundo yaledixit, etiam in ipso mundo constituta. Non metuit subitam viduitatem, quæ gaudet immortali sposo, quæ latatur opibus minime perituris, quæ in ipso cœlo deniq; vivit, affectuum turbidorum procellis libera, & ante mortis apertam januam, per pietatis & castitatis viam, ad copiam beatitudinis penetravit. Quod si morbus aliquis, mortis nuntius apertam æternæ vietæ januam, vel aperiēdam dehuncit, ut huic nostræ octodecim ante mortem obitam diebus contigit, non cohorrescit, ad conspectum vel auditum nuntium; sed æquo cum animo accipit, iter adornat, viaticum sibi prospicit, & omnium periculorum secura, velis remisq; ad portum parata beatitudinis contendit. Hæc omnia sive commoda, sive incommoda cum essent nostræ virginis meditata, nihil non fecit eorum quæ oportebat, atq; ita postquam sibi personam ante annos triginta

452

triginta sex vel septem, divinitus impositam §.  
Majis hora 9. antemeridiana deposuisset, jam in-  
gressa, cum cœlesti Sponso in thalamum æterni-  
tatis, gaudio & lætitia fruitur nunquam peritu-  
ra. Quid igitur nos agimus hujus mundi Inco-  
læ an Cives? Agimus voluptatibus ducemurq;  
imo etiam trahimur; edimus, bibimus, ludimus:  
bella metuimus & gerimus, ferrum & ignem co-  
gitamus, ac tantum non ipsam rerum naturam,  
quantum in nobis est, evertimus; ipsum cœlum  
animo & ore, cum non possimus manibus, expu-  
gnaturi.

• *Vertitur interea fati variantis imago:*

Dum furimus, tenebris mors adoperta caput;  
minaces istos heroas, ac delicatas heroinas tacite  
in censum suum jampridè adscriptos, corripit &  
æterno silentio macet. Quid ergo securi sumus? §.  
Quidni hanc defunctam virginem imitamur?  
qua ut animum suum Christo Sponso, ita lingua  
laudibus ejusdem, adeoq; omnes actiones cœlo  
dedicabat: Sequamur eam voto, & imitemur  
vitam hoc in mundo cœlestem. Cum vero cor-  
pus hujus defunctæ virginis quod hac in vita  
Spiritus S. domicilium fuit, honore convenienti  
dignum sit, & hodierno die, propinquorum cu-  
sa eum consequatur, nobis conveniet, Cives A-  
demici, ut quantum in nobis est, ad illum hono-  
tem

rem quicquid facit, lubentes conferamus. Con-  
ferre vero amplius non possumus neq; à nobis  
amplius requiritur, quam ut faciamus, quod nos  
Christianum monet charitas, quod à nobis postu-  
lat communis humanitas, quod homo homini,  
Christianus Christianus præstare ultro tenetur.  
Erit ea res nobis quoq; honor, & emolumento  
(commendamus enim salutem nostram Deo, &  
meditamus mortalitatem nostram) erit propin-  
quis vivis consolationi, ad quam omnia confer-  
re debemus, quæ possumus, erit ipsi defunctæ  
virginis, & ejus patri p.m. de hac R. p. bene meri-  
to, gratum. Eamus igitur frequentes, & ad ho-  
& hominibus officium gratum præstituri  
p.p. sub Sigillo Rectoratus die 9.

Maji 1538.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77745016X/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77745016X/phys_0013)










Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77745016X/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77745016X/phys_0016)



triginta sex vel septem, di-  
Maji hora 9. antemeridiana  
gressa, cum coelesti Sponso i-  
tatis, gaudio & lætitia fruītu-  
ra. Quid igitur nos agimus  
læ an Cives? Agimus volup-  
timo etiam trahimur, edimur  
bella metuimus & gerimus,  
gitamus, ac tantum non ipsa  
quantum in nobis est, evertit  
animo & ore, cum non possit  
gnatur.

*Vertitur interea fati vari-  
Dum furimus, tenebris me-  
minaces istos heroas, ac delici-  
in censum suum jampridē ad  
æterno silentio mactat. Quid  
Quidni hanc defunctam vi-  
quæ ut animum suum Christi  
laudibus ejusdem, adeoq; on-  
dedicabat: Sequamur eam  
vitam hoc in mundo coelesti  
pus hujus defunctæ virginis  
Spiritus S. domicilium fuit, h-  
dignum sit, & hodierno die,  
ra eum consequatur, nobis co-  
demici, sic quantum in nobis*



positam s.  
t, jam in-  
m æterni-  
m peritu-  
ndi Inco-  
cimurq;  
Iudimus:  
gnem co-  
aturam  
n cœlum  
us, expu-

scaput;  
nas tacite  
orripit &  
is sumus;  
uitamur;  
ta lingua  
nes cœlo  
mitemur  
vero cor-  
in vita  
venienti  
rum cū-  
Cives A-  
nhono-  
tem